

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2391

Auteur(s) : Guillaume de Canteloup, de Montmartin-en-Graignes [particulier]

Bénéficiaire(s) : Le Désert, Sainte-Catherine de La Perrine (prieuré)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1277, juin

Lieu d'émission : Montmartin-en-Graignes

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume de Canteloup, de Montmartin-en-Graignes, vend au ministre et aux frères de Sainte-Cathérine de La Perrine toute la dîme qu'il obtient de la paroisse de Montmartin-en-Graignes pour 41 livres et demie tournois.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Dubosc François, *Cartulaire de la Manche*, abbaye de la Luzerne, abbaye de Mont-Morel, prieuré de la Perrine, Saint-Lô, Jacqueline fils (Archives départementales de la Manche), 1878, Prieuré de La Perrine, n° XXXIII, p. 28-29.

Texte établi d'après a

Noverint universi presentes et futuri quod ego Guillelmus de Cantulupi, de parrochia Montis Martini in Grania, vendidi et concessi ac omnino imperpetuum (sic) dimisi ministro et fratribus domus Sancte Katerine de Perrina, Constanciensis dyocesis, de Ordine Sancte Trinitatis et Captivorum, omnem illam meam decimam quam habebam et habere poteram in parrochia supradicta in ea libertate qua percipiebam et habebam et percipere et habere poteram et debebam, videlicet in mariscis, in campania et in aliis locis, in dela que vocatur Pulchra Crouta, in decima que dicitur de Quinque, que decima juncta est, ex uno latere, ad cheminum per quod itur de Sancto Laudo apud Karenthen, et, ex alio latere, ad aquam Virie et buttat (sic), ex uno capite, ad vicum de Grochie et, ex alio capite, ad decimam de Auvilla. Hanc autem meam decimam cum omnibus pertinentiis que accidere seu devenire poterunt, ratione ipsius decime, predicti minister et fratres ac eorum successores percipient de cetero et habebunt libere, quiete, pacifice et absolute ab omnibus ad me vel ad heredes meos pertinentibus, sicut eamdem percipiebam et habebam, absque contradictione (sic), reclamazione seu molestatione aliqua mei vel heredum meorum de cetero facienda, salvo tantum in omnibus jure capitalium dominorum, hoc adjecto quod ego predictus Guillelmus et heredes mei sepredictis ministro et fratribus ac eorum successoribus predictam decimam garantizare, defendere et deliberare versus omnes ab omnibus bona fide tenemur ac debemus, vel alibi valore ad valorem in nostra propria hereditate in loco seu locis competentibus excambiare, si necesse fuerit, competenter et ipsos et successores suos super hec indempnes penitus conservare. Pro hac autem venditione, concessione et dimissione sepredicti minister et fratres dederunt michi quadraginta unam libram et dimidiam Turonensium et in numerata pecunia (sic) persolverunt. In cujus rei testimonium dedi jamdictis ministro et fratribus presentem cartam sigilli mei roboratam. Actum fuit hoc anno Domini M° CC° septuagesimo septimo, mense junii, in presencia dicte parrochie Montis Martini in Grania.